



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Bartholomæu[m] Constante[m] ab ophthalmia & aliis morbis. 267

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

mentem adorta, omnem eius v-
 fum interceptit. Mox lingua ei in-
 crescere, oculi recedere ac turbidi
 esse, alia omnia non nisi propin-
 qui funeris præfagia videri. Hic
 illi nomen, quod sua IGNATIUS
 manu exarauerat, allatum; preces-
 que inter lacrimas fusæ. Mirum
 ingens! ipso illo temporis pun-
 cto, febris exarmatur; mensque &
 vox ab exilio reuersæ, & oculi in
 pristinam hilaritatem correcti,
 tristia funeris omina mutarunt.
 Atque hæc circiter horam noctis o-
 ctauam accidere. Die postero tem-
 pestius è lectulo surgit adoles-
 cens: medicoque iam velut ad exa-
 nimem redeūti, incolumis occur-
 rit; nullo morbi vestigio notatus.
 267 Bartholomæus Constans, vir
 chirurgiæ peritus, cum equo for-
 tè prolabitur: quo illi casu inci-
 pit elisum infractumque, sæuos
 præter cetera oculorum dolores
 pepe-

pepererat, qui nusquam interquiescere; hominem siuere. Alterâ oculi acie iâ emortuâ, alterius modica vita remanserat. Et ferre quâ-
tulacunque lucis radium, mors credebatur. In eo statu hominem medici abiecerant, cum visum est ægroto, scriptum **IGNATII** nomē flagitare. Quo quidem apportato, sed nondum planè ad lectulâ spondam perlato, (mirum creditu) intermittit capitis dolor, lenitur ophthalmia, & funestî frigoris horror, quo caput hiemabat, soluitur. Ille toto iam corpore animoque mirè quam lætus, omnia capitis fomenta, oculorumq; splenia reiectat. Tum valuas admittendæ diei recludi imperat, clamatq; bene habere se, ac prorsum incolumem esse. Eodem dein habitu ad Collegiū accurrit, gratulâque memorat, quid pridie benefica **IGNATII** manu sit consecutus.

Huic